

Resp. *Respectus non fit ad idem.* Habent Lutherani universalitatem fidei, non habent universalitatem loci, ætatis, temporis, ut Pontificii. *Weizmannus p. 225. ex Dieteric. Inst. Theol. de Ecclesiâ p. 487.*

Sic *Christus est ubiq;* Matth. 28. v. 20. *Christus non est ubiq;* Joh. 11. 15. ubiq; est majesticè & invisibiliter: non ubiq; est inclusivè & visibiliter. *Justificamur fide, non operibus. Rom. 3. 28. Non justificamur fide, sed operibus. Jac. 2. 24.* Paulus loquitur de iudicio poli & respectu ad Deum. *Jacobus de iudicio soli, & in respectu ad homines. Deus est misericors, Psalm. 103. 8. Deus non est misericors. Jer. 15. 6. vid. Harmon. Scripturæ Doct. Waltheri.*

Annotation.

Ignoratio Elenchi quamvis sit commune omnium Elenchorum domicilium, & δημοσιότητα τοῦτος τοῖς σοφίαις, unde & *Aristoteles* dicit l. *Sophist. c. 6.* πάντες οἱ τρόποι πίπτει εἰς τὴν τῷ ἐλέγχῳ ἀγνοίαν, adeò ut ad quemlibet Sophisticum Elenchum respondere queamus, in eo esse ἀγνοίαν τῷ ἐλέγχῳ; præstat tamen, quemvis Syllogis-

mum